Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

PABOLE

Arrupe illam et exaltabit te et glorifi
caberis abea. Cum eam fueris am
pleratus dabit tibi augmenta gra
rum et corona inclita protexit te. Au
di fili mi et suscipe uba mea ut multi
plicentur tibi anni uite tue. Viam
sapienciae monstrabo tibi. Ducam te
per semitas equitatis. Quas cum in
gressus fueris non arctabuntur gressus
tui et currens non lebis offendiculum
Tene disciplinam ne dimittas eam
custodi illam quia ipsa est uita tua. Ne
delectetis semitis impiorum. Nec ꝯplace
at malorum uia. Fuge ab ea ne tran
seas per illam et declina et desere eam
Non enim dormiunt nisi maleferint
nec rapitur somnus abeis nisi ꝯ
plantauerint. Comedunt panem i
pietatis et vinum iniquitatis bibunt
Justorum autem semita quasi lux splen
dens procedit et crescit usque ad perfec
tum diem. Via impiorum tenebrosa
nescunt ubi corruant. Fili mi ausc
ulta sermones meos et ad eloquia
mea inclina aurem tuam ne rece
dant aboculis tuis. Custodi ea in me
dio cordis tui uita enim sunt inuen
entibus ea et sanitas carnis cunctis
Omni custodia serua cor tuum quia
ex ipso uita procedit. Remoue ate
os prauum et detrahencia labia
sint procul ate. Oculi tui recta uide
ant et palpebre tue procedant gres
sus tuos. Diuise semitam pedibus
tuis et omnes uie tue stabilientur
Ne declines neque ad dexteram neque
ad sinistram. Auerte pedem tuum a
malo. Vias enim que ad dexteras sunt
nouit dominus. Peuerse uero sunt
que ad sinistras sunt ipse autem rectos
faciet cursus tuos. Semita autem tua
in pace producet.

Fili mi attende sapiam meam
et prudencie mee inclina
aurem tuam ut custodias
cogitaciones tuas et disciplinam la
bia tua conseruent. Ne intendeas
fallacias mulieris. Fauus enim stil
ans labia meretricis et nitidius o
leo guttur eius. Nouissima autem
illius amara quasi absinthium.
Lingua eius acuta quasi gladius
biceps. Pedes eius descendunt in
mortem et ad inferos gressus illius
penetrant. Semitam uite ne ambu
lant. Vasi sunt gressus eius et in
uestigabiles. Nunc ergo fili mi
audi me et ne recedas auerbis oris
mei. Longe fac abea uiam tuam et
ne propinques foribus eius. Ne des
alienis honorem tuum et annos tuos
crudeli ne forte impleantur extra
nei uiribus tuis et labores tui sint i
domo aliena et gemas in nouissimis
quando consumpsis carnes et corpus
tuum et dicas. Cur detestatus sum
disciplinam et increpacionibus non ac
quieuit cor meum. Nec audiui uo
cem docentium me et magistris no
inclinaui aurem meam. Pene fui
in omni malo in medio ecclie et syna
goge bibe aquam de cisterna tua et
fluenta puteei tui. Derriuentur fon
tes tui foras et in plateis aquas tu
as diuide. Habeto eas solus. Ne sint
alienum participes tui. Sit uena tua
benedicta et letare cum muliere adlo
lescencie tue. Cerua carissima et gra
tissimus ynulus ubera eius inebri
ent te omni tempore et in amore ei